Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omni uiue non bone / maliciam autem non odiuit.
Dne in celo misericordia tua / et ueritas tua usq; ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei / iudicia tua abyssus
multa. Homines et iumenta saluabis dne / quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filii autem hominum / in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus
tue / et torrente uoluptatis tue potabis eos. Quoniam
apud te est fons uite / et in lumine tuo uidebimus lumen. Prorrende misericordiam tuam scientibus
te / et iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non ueniat mihi pes superbie / et manus peccatoris
non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur
iniquitatem / expulsi sunt nec potuerunt stare.
Noli emulari in malignantibus / neq; zelaueris facientes
iniquitatem. Quoniam tamquam
fenum uelociter arescent / et quemadmodum holera herbarum cito decident. Spera
in dno et fac bonitatem / et inhabita terram et
pasceris in diuitiis eius. Delectare in dno / et